# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 28.
Pagine 1119-1170.

Dominica in ramispalmarum.
Feria ij. iij. iv. ebdomade sancte.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMX.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through.pdf files located at: www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm

This document first published January 1 2010.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

# Dominica in ramispalmarum.[1]

1. 𝔄. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festum annunciationis differatur usque ad 5. feriam post octavas pasche.

2. 𝔄. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali. Ad 1. vesperas que erunt de dominica : fiat[2] sollennis memoria de annunciatione beata Marie : licet festum loci fuerit.

3. 𝔄. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem ejus. [*116r.*]

Feria 3. de sancto Ambrosio. Capitulum *Ecce Sacérdos.*

Feria 2.[3] dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus et cum missa in crastino.

4. 𝔄. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et ceteris feriis de jejunio : et nichil de martyribus [Tiburtio et Valeriano][4] nisi memoria. Ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.

5. 𝔄. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus cum missa in crastino.

1. 𝔅. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali : et festum annunciationis differatur usque ad 5. feriam post octavas pasche.

2. 𝔅. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus cum missa in crastino.

3. 𝔅. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali : et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem ejus. 2. vespere in dominica erunt de festo [S. Ambrosii][5] et solennis memoria de dominica.

4. 𝔅. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus.

5. 𝔅. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Festum sancti Georgii differatur in 9. diem mensis Maii : sed cave de translatione sancti Nicolai : quia ubi celebratur, tunc festum sancti Georgii differatur usque ad 11. diem Maii.

1. ℭ. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festum annunciationis differatur usque ad 5. feriam post octavas pasche.

2. ℭ. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus. Festum sancti Richardi

differatur usque ad translationem.

3. 𝕮. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festum sancti Ambrosii differatur in crastinum. 2. vespere in dominica erunt de festo [S. Ambrosii][6] et solennis memoria de dominica.

4. 𝕮. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

In 4. feria fiat memoria de martyribus [Tiburtio et Valeriano][7] ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.

5. 𝕮. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festum sancti Georgii differatur ad 5. diem Maii.

1. 𝕯. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festa sanctorum [Edwardi, Cuthberti, et Benedicti][8] differantur usque ad translationes.

2. 𝕯. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 4. de annunciatione. 2. vespere erunt de cena Domini et solennis memoria de annunciatione.

3. 𝕯. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem : et festum sancti Ambrosii differatur usque ad feriam 5. post octavas pasche.

4. 𝕯. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali. Ad 1. vesperas que erunt de dominica fiat solennis memoria de sancto Ambrosio.

5. 𝕯. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus cum missa in crastino.

1. 𝕰. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festa sanctorum Edvvardi : Cuthberti : et Benedicti differantur usque ad translationes eorum.

2. 𝕰. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali. In dominica[9] dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus.

Feria 3. festum annunciationis et solennis memoria de jejunio.

3. 𝕰. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali, et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem ejus, et festum sancti Ambrosii differatur usque ad 3. feriam post octavas pasche.

4. 𝕰. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus cum missa in crastino.

5. 𝕰. ❡ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus et cum missa in crastino.

1. 𝕱. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festa sanctorum [Edwardi, Cuthberti, et Benedicti][10] differantur usque ad translationes.

2. 𝕱. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali. 2. vespere erunt de annunciatione et solennis memoria de Dominica.

3. 𝕱. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et nichil de sancto Richardo usque ad translationem : et festum sancti Ambrosii differatur usque ad 3. feriam post octavas pasche.

4. 𝕱. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum missa in crastino.

5. 𝕱. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum missa in crastino.

1. 𝕲. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festa sanctorum ix. lectionum [Edwardi, Cuthberti, et Benedicti][11] differantur usque ad translationes eorum.

2. 𝕲. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali. Festum annunciationis differatur in crastinum : et 2. vespere erunt de annunciatione : et solennis memoria de dominica.

Feria 2. de annunciatione.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus et cum missa in crastino.

3. 𝕲. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali et festum sancti Richardi differatur usque ad translationem.

Feria 4. de sancto Ambrosio, Cap. *Ecce Sacérdos.* et solennis memoria de jejunio. 2. vespere erunt de cena Domini et solennis memoria de festo.[12]

4. 𝕲. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum missa in crastino.

5. 𝕲. ℂ Dominica in ramispalmarum de servitio dominicali.

Feria 3. dicuntur exequie mortuorum cum ix. lectionibus et cum missa in crastino.

# ℂ *Dominica in ramispalmarum.*

## *Ad [j.] vesperas.*

*Ant.* Benedíctus. [352].
*Ps.* Ipsum. (*cxliij.*) [352].

*Capitulum. Philip. ij.* (5.)

HOc fratres sentíte in vobis quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset non rapínam arbitrátus est esse se equálem Deo : sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens.

℟. Circundedérunt. *ut supra in ebdomada proximo precedente.* 1063.

ℂ *Hoc ℟. dicitur quotidie ad vesperas usque ad cenam Domini : nisi in secundis vesperis hujus dominice.*

*Hymnus.* Vexílla regis. 1064.
℣. Dedérunt in escam meam fel.
[℟. Et in siti.][13] 1066.

AS:201; 1519:188r; 1531:116r.

1826.




*Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti : concéde propícius, ut patiéntie ipsíus habére documénta, et resurrectiónis consórtia mereámur. Per eúndem.

## ℂ *Ad matutinas.*

AS:201; 1519:188v; 1531:116r.[14]

Invit. IV.i.



I P-si ve-ro * non cogno-vé-runt vi- as me- as. 1092.



†Qui-bus ju-rá-vi in i-ra me- a si intro- í-bunt in



ré-qui- em me- am. *Ps.* Ve-ní- te. 13*.

*Hymnus.* Pange lingua. 1072.

## ℂ *In j. nocturno.*

*Hec sola antiphona dicitur super omnes psalmos.*

AS:200; 1519:187v; 1531:116r.

Ant. I.i.



Q Uid mo-lésti es-tis * hu- ic mu-lí- e- ri : opus 4527.



e-nim bo-num o-pe-rá-ta est in me. *Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

[℣. Erue a frámea Deus. *&c.*][15] 1074.

❡ *Lectiones in primo nocturno de prophetia Hieremie per ordinem legantur.*

*Lectio prima. Hiere. xj.* (1-5.)[16]

VErbum quod factum est ad Hieremíam a Dómino dicens, Audíte verba pacti hujus, et loquímini ad viros Juda et ad habitatóres Hierúsalem : et dices ad eos, Hec dicit Dóminus Deus Israel. Maledíctus vir qui non audíerit verba pacti hujus quod precépi pátribus vestris in die qua edúxi eos de terra Egýpti : de fornáce férrea, dicens, Audíte vocem meam et fácite ómnia que precípio vobis, et éritis michi in pópulum et ero vobis in Deum : ut súscitem juraméntum quod jurávi pátribus vestris datúrum me eis terram fluéntem lacte et melle sicut est dies hec. Hec dicit. [*116v.*]

AS:201; 1519:188v; 1531:116v.[17]

6899. 1. Resp. I.



IN di- e * qua invo- cá-vi te Dó- mi-ne dix- ís-



ti, No-li ti- mé- re. †Ju-di-cás- ti cau-sam me- am :

6899b.



et li- be- rásti me De- us me- us. ℣. In di- e tri-



bu-la-ti- ó-nis me- e cla-má-vi ad te : qui- a ex- audís-



ti me. †Ju-di-cás- ti.

*Lectio secunda.* (*Hiere. xj.* 5-8.)

ET respóndi, et dixi, Amen, Dómine. Et dixit Dóminus ad me, Vociferáre ómnia verba hec in civitátibus Juda et foris Hierúsalem, dicens, Audíte verba pacti hujus, et fácite illa : quia contéstans contestátus sum patres vestros in die qua edúxi eos de terra Egýpti, usque ad diem hanc. Mane consúrgens contestátus sum : et dixi, Audíte vocem meam. Et non audiérunt nec inclinavérunt aurem suam : sed abiérunt unusquísque in pravitáte cordis sui mali, et indúxi super eos ómnia verba pacti hujus, quod precépi ut fácerent et non fecérunt. Hec dicit.

AS:201; 1519:189r; 1531:116v.[18]

2. Resp. VIII.

 6747.

FRatres * me- i e- longa-vé- runt a me :



et no-ti me- i †Qua-si a-li- é-ni re-ces- sé-runt

 6747b.

a me. ℣. Amí-ci me- i et pró-ximi me- i.



†Qua-si.

*Lectio tertia.* (*Hiere. xj.* 9-13.)

ET dixit Dóminus ad me, Invénta est conjurátio in viris Juda : et in habitatóribus Hierúsalem. Revérsi sunt ad iniquitátes patrum suórum prióres : qui noluérunt audíre verba mea. Et hi ergo abiérunt post deos aliénos ut servírent eis. Irritum fecérunt domus Israel et domus Juda pactum meum : quod pepígi cum pátribus eórum. Quamóbrem hec dicit Dóminus, Ecce ego indúcam super eos mala de quibus exíre non póterunt : et clamábunt ad me, et non exáudiam eos. Et ibunt civitátes Juda et habitatóres Hierúsalem : et clamábunt ad eos quibus libant, et non salvábunt eos in témpore afflictiónis eórum. Secundum númerum civitátum tuárum erant dii tui Juda : et secúndum númerum viárum Hierúsalem posuísti aras confusiónis, aras ad libándum Báalim.

AS:201; 1519:189r; 1531:116v.[19]

sar0623. 3. Resp. II.



DOmi-nus Je-sus * ante sex di- es pasche ve-



nit Bethá- ni- am : u- bi fú- e-rat Lá-za-rus mór-

sar0623a.



tu- us. †Quem susci-tá- vit Je-sus. ℣. Conve-né-



runt autem i-bi mul-ti Ju-de-ó- rum : ut Lá-za-rum vi-



dé- rent. †Quem.

*Repetatur* ℟. Dóminus Jesus.

## ℭ *In ij. nocturno.*

AS:200; 1519:187v; 1531:116v.[20]

Ant. I.iv.

 3799.

MIttens * hec mú-li- er in corpus me- um hoc unguén-



tum : ad se-pe-li- éndum me fe-cit. *Ps.* Conserva. (*xv.*) [25].

℣. De ore leónis líbera me Dómine. 1079.

*Medie lectiones de sermoni beati Maximi episcopi.* (*Ambros. Sermo* 3.)[21]

*Lectio iiij.*

PSalmi vicesimiprími qui lectus est sériem decursúri : diligénter prius debémus inténdere quid in superscriptióne contíneat : ut cogníta ejus orígine intelligéntiam ipsíus facílius consequámur, et manifestáto cápite possint réctius membra distríbui. Inscríbitur enim ita, In finem pro susceptióne matutína : psalmus ipsi David. Nisi fallor, suscéptio matutína solis ortum semper antevénit : et priúsquam orbem radiórum clarus splendor illúminet : matutínum nóctium ténebris términum ponit, ac resolúta sensim calíginum cecitáte : rebus cunctis fácies quedam ac lumen infúnditur. Et cum velúti sub una macérie tenebrárum mundus in confusióne jacúerit : interveniénte matutíno divérsa speciérum varietáte distínguitur. Hoc est cum ómnia ceca ante fúerint : óculi ómnium reparántur. Nox enim quodámmodo aufert óculos mundo : auróra restítuit. Atque ita ante matutína susceptióne perfrúimur : ut gloriósius póstmodum solis splendóre potiámur. Sed quóniam sicut dicit

Apóstolus, Lex spirituális est : et spiritálibus spiritália comparánda sunt : Solem hic Justície árbitror designári, hoc est Christum Dóminum, qui nobis ignorántie ténebris et peccatórum cecitáte submérsis : celéstis doctríne sue lumen infúdit. Et quos non habebámus óculos cordis inséruit, et velut rádios quosdam apóstolos suos misit : qui nos de nocte tetérrima delinquéntie liberárent, et paulátim resolútis in nobis ténebris peccatórum, matutína susceptióne consuéscerent, ut perfécti facílius possémus toleráre solis ardórem. Hoc est primum nos precéptis simplicióribus erudírent : quo capacióres efficerent celéstium secretórum. Hujus ítaque Solis Justície matutíno peccatórum calígo tota perímitur : sicut ipse Prophéta ait ex persóna Dómini, In matutíno interficiébam omnes peccatóres terre. Hoc est, oriénte in nobis Sole Justície qui habitáculum Dómini sumus : omnis [117r.]
cogitátio iníqua subvértitur. Tu.

AS:202; 1519:189r; 1531:117r.[22]

6973. 4. Resp. III.






6973a.

*Lectio quinta.*

TOtus autem hic psalmus digéstus est ex persóna Dómini Salvatóris : quippe cum plura de eo in Novo sint pósita testaménto. Dicit ítaque, Deus Deus meus réspice in me : et réliqua. Quare assúmpti hóminis agit causam : ut interrogáre quodámmodo videátur dicens, Deus ómnium qui es Deus meus : cur me dereliquísti ? Nichil enim michi cónscius sum. Secúndum enim prophétam nesciébat peccátum : nec erat dolus in ore ejus. Hec autem dicit, ut manifestáret propter nos se esse derelíctum quorum peccáta portábat : ac vidéntes discerémus et nos pro ipso sancto et justo mori, cum pro peccáto nostro ipse morerétur. Dénique hac voce in passióne usus est sicut in Evangélio légimus, Hely Hely lamazabáthani ? Hoc est, Deus meus Deus meus quare me dereliquísti ? Hac inquam voce usus est : ut quod prophétia annunciáverat, rei éxitus hoc probáret. Et quóniam sequéntia pene manifestáta sunt : illum inspiciámus versículum in quo ait, Ego autem sum vermis et non homo. Quare totíus Dóminus creatúre vermículo se vóluit comparári ? Póssumus hoc quidem humilitáti prímitus assignáre (que sanctórum virtus

est máxima) sicut Móyses ante Deum ánimal se irrationále profitétur, David se púlicem sepe commémorat. Sed magis illud accipiéndum puto, quóniam vermis nulla extrínsecus admixtióne aliéni córporis, sed de sola et pura terra procreátur : ídeo comparátum Dómino, quóniam et ipse Salvátor de sola et pura María generátur.

AS:202; 1519:189v; 1531:117r.[23]

5. Resp. VIII.

7219.

7219a.




*Lectio vj.*

LEgimus étiam in libris Móysi de manna vermículos procreátos. Digna plane et justa comparátio. Síquidem de manna vermículus

gígnitur : et Dóminus Christus de vírgine procreátur, quin pótius ipsam Maríam manna díxerim : quia est súbtilis, spléndida, suávis, et virgo. Que velut célitus véniens : cunctis ecclesiárum pópulis cibum melle dulciórem deflúxit. Quem qui édere ac manducáre negléxerit : vitam in semetípso habére non póterit, sicut ipse Dóminus ait, Nisi quis manducáverit meam carnem et bíberit meum sánguinem : non habébit vitam in semetípso. Sed pótius ipse cibus in judícium ei convertétur : sicut Apóstolus dicit, Qui mandúcat et bibit indígne : judícium sibi mandúcat et bibit. Quod fíliis Israel subtíliter prophetátum est in Véteri testaménto. Manna enim illis contra divína precépta tractántibus, vermes effécti sunt : id est contumácie ultóres et víndices, que similitúdo Christum índicat Deum. Quem qui suávem cibum et dulcem potum hauríre negléxerit : júdicem patiétur, sicut ipse ait, Neque enim Pater júdicat quemquam : sed omne judícium dedit Fílio. Quod autem dicit, Divisérunt sibi vestímenta mea et super vestem meam misérunt sortem : hoc factum in Evangélio repérimus, quod mílites quátuor qui crucifixérunt Salvatórem in quátuor partes ejus sibi divisérunt vestiménta. Vestiméntum vero ejus quod consútum non erat, sed erat désuper contéxtum : sorte percepérunt. Que ígitur ista vestiménta sunt videámus : qui mílites, quodve étiam vestiméntum. Vestiménta esse puto prophétias, vel scripturárum celéstium lectiónes : quibus Christi Dómini annunciátum est sacraméntum. Quas prophétias unum canéntes, et unum per ómnia nunciántes, adversárii Salvatóris, hoc est pervérsi herétici qui quotídie in illo tanquam mílites manus ímpias ingérunt : hoc pro sua sibi divídunt voluntáte, et unius córporis vestiménta per vária membra distríbuunt : atque spoliántes Dóminum, sua falsa dogmáta véstiunt. [*117v.*] Vestiméntum autem ejus quod non erat consútum : sapiéntiam ejus celéstem póssumus approbáre, quia erat de superióre contéxtum. Nostra enim sapiéntia hoc est humána, consúitur. Assúitur enim cum líberos damus ad stúdia, gramáticis trádimus, philósophis erúdimus : ut sapiéntia in illis que non erat acquirátur. Dómini autem sapiéntia non assúta est : non quesíta. Non enim dídicit a magístro : sicut ipsi Judéi dicunt, Quómodo hic lítteras novit[24] : cum non didícerit ? Et ipse dicit, Mea doctrína non est mea : sed ejus qui misit me. Hoc est quod ait de superióre contéxtum.

Quo vestiménto vel quibus ómnibus vestiméntis ecclésia cathólica semper amícta est : sicut Prophéta ait, Astitit regína a dextris tuis : in véstitu deauráto.

AS:203; 1519:190r; 1531:117r.[25]

sar0613. 6. Resp. VIII.




sar0613a.

*Repetatur ℟.*

## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:203; 1519:190r; 1531:117v.

Ant. IV.iv.



MA-gíster di-cit, * Tempus me-um prope est : a-pud te 3657.



fá-ci-o pascha cum discí-pu-lis me-is. *Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

℣. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam. 1084.

ℂ [*Evangelium*][26] *Secundum Matheum xxj.* (1-2.)



IN illo tempore. Cum appropinquásset Jesus Hierosólimis et venísset Bethphäge ad montem Olivéti : tunc misit duos discípulos dicens illis, Ite in castéllum quod contra vos est : et statim inveniétis ásinam alligátam et pullum cum ea. Sólvite : et addúcite michi. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbiteri.*
(24. *lib.* 1. *Omeliarum.*)[27]

MEdiátor Dei et hóminum homo Christus Jesus, qui pro humáni géneris salúte passúrus de celo descéndit ad terras, appropinquánte hora passiónis, appropinquáre vóluit loco passiónis : ut per hoc étiam clarésceret, quia non ínvitus sed sponte paterétur. In ásino veníre et a turbis rex appellári ac laudári vóluit, ut étiam per hoc erúditus quisque agnósceret ipsum esse Christum quem sic illo ventúrum prophétia olim promíssa signáverat. Ante quinque dies pasche veníre vóluit, sicut ex Johánnis Evangélio didícimus, ut étiam per hoc osténderet se esse agnum immaculátum : qui peccáta tólleret mundi. Tu autem.

AS:204; 1519:190v; 1531:117v.[28]

7. Resp. VII.

6137.




6137b.

*Lectio viij.*

AGnus quippe paschális cujus immolatióne pópulus Israel est ab Egyptíaca servitúte liberátus : ante quinque dies pasche id est décima luna jussus est tolli, et quarta décima luna ad vésperum jussus est immolári :

signíficans eum qui nos suo sánguine erat redemptúrus, ante quinque dies pasche id est hodiérno die, magno precedéntium sequentiúmque populórum gáudio ac laudatióne dedúctus venit in templum Dei, et erat quotídie docens in illo. Qui quinta demum perácta die, véteris pasche sacraménta eátenus observáta consummávit : ac novi deínceps observánda discípulis sacraménta contrádidit. Egréssus in montem Olivéti tentus est a Judéis : et mane crucifíxus. Ipsa nos die a demoníaca dominatióne rédemit : qua antíquus ille Hebreórum pópulus per immolatiónem agni, jugum Egýptie servitútis abjécit. Tu autem.

AS:204; 1519:190v; 1531:117v.[29]

8. Resp. VI. 6306.






*Lectio ix.*

ERgo Dóminus ad instar agni paschális ante quinque dies quam pati incíperet locum passiónis ádiit : ut se insinuáret esse illum, de quo predíxit Esáias, Sicut ovis ad occisiónem ducétur : et quasi agnus coram tondénte se obmutéscet et non apériet os suum. Et paulo supérius, Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras : et livóre ejus sanáti sumus. Sed invidórum corda príncipum in cunctis que províde gessit : eum pérsequi quam in eum crédere maluérunt. Et multum míseri vite auctórem morti pótius dare : quam per eum vivificári, studébant. Verum nos perfidórum cecitáte declináta eórum magis exémpla qui fidéliter Dóminum laudávere sequámur : et iter ejus mýsticum mýstica ut decet interpretatióne [*118r.*] scrutémur. Asina et pullus quibus sedens Hierosólymam venit, utriúsque pópuli, Judéi vidélicet et géntilis simplícia corda désignant, quibus ipse présidens queque a nóxia libertáte suo frenans império : ad visiónem supérne pacis perdúcit. Hierosólyma étenim vísio pacis interpretátur. Tu autem.

AS:205; 1519:191r; 1531:118r.

9. Resp. I.



sar0615.

Um audísset tur-ba * qui- a ve-nit Je-sus Hie-ro-



só-ly-mam. †Cum ramis palmá- rum pro-cessé-runt e- i



sar0615a.

ób- vi- am. ℣. Et cum ap-pro-pinquásset ad



descénsum montis O-li-vé- ti omnes turbe gaudén-tes :



et De-um vo-ce magna col- lau-dán-tes. †Cum ramis.

*Repetatur* ℟. Cum audísset turba.

Rylands-24:159; Pro-1519:51v; AS:205; 1531:118r.[30]

Resp. II.



6961.

Ngre-di- énte Dó-mi-no * in sanctam ci- vi-



tá- tem : Hebre-ó- rum pú-e- ri re-surrecti-ónem



vi-te pro- nunci- án- tes. †Cum ramis-palmá- rum

6961a. 

o-sánna clamá- bant in ex- cél- sis. ℣. Cunque audíssent



qui- a ve-nit Je-sus Hie-ro-só-li- mam : ex-i- é-runt ób- vi-



am e- i. †Cum ramis.

*Hoc predictum ℟. non dicitur ad has matutinas sed ad processionem hujus dominice scilicet in introitu ecclesie.*[31]

*Versus ante laudes.* Inténde ánime mee [et líbera eam.
℟. Propter inimícos meos éripe me].[32]

## In laudibus.

AS:205; 1519:191v; 1531:118r.[33]

1. Ant.
II.i.

2405. 

DOmi-nus * De-us auxi-li- á-tor me-us : et í-de- o



non sum confú-sus. *Ps.* Miserére mei. (*l.*) [173].

AS:206; 1519:191v; 1531:118r.[34]

2. Ant.
I.iv.



Ircundántes * circunde-dé-runt me : et in nómi-ne 1809.



Dómi-ni vindi-cá-bor in e- is. *Ps.* Confitémini. (*cxvij.*) [95].

AS:206; 1519:191v; 1531:118r.[35]

3. Ant.
VIII.i.



Udi-ca causam * me- am : de-fénde qui- a po-tens 3515.



es Dómi-ne. *Ps.* Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:206; 1519:11v; 1531:118r.[36]

4. Ant.
IV.v.



Onfundántur * qui me persequúntur : et non confun- 1884.



dar e-go Dómi-ne De- us me- us. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:206; 1519:191v; 1531:118r.[37]

5. Ant. VII.i.

1974. 

CUm ánge-lis * et pú- e-ris fi-dé-les inve-ni- ántur



tri- umpha-tó-ri mortis clamántes o-sánna in excélsis.



*Ps.* Laudáte. (*cxlviij.-cl.*) [49].

*Capitulum.* Hoc fratres sentíte. 1122.

*Hymnus.* Lustra sex. 1092.

℣. Eripe me de inimícis. 1095.

AS:206; 1519:191v; 1531:118r.[38]

Ant. IV.i.

5256. 

TUrba mul-ta * que convé-ne-rat ad di- em festum



clamá-bat Dó-mi-no : Be-ne-díctus qui ve-nit in nómi-ne



Dómi-ni o-sánna in excélsis. *Ps.* Benedíctus. 59*.

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. 1123.

## ℂ *Ad j.*

AS:206; 1519:192r; 1531:118r.[39]

Ant. VII.iv.



O- sánna * Fí-li- o Da-vid : be-ne-díc-tus qui ve-nit 3142.



in nó-mi-ne Dómi-ni rex Is- ra- el : o-sánna- in ex-



célsis. *Ps.* Deus Deus meus réspice. (*xxj.*) [91].

## ℂ *Ad iij.*

AS:206; 1519:192r; 1531:118r.[40]

Ant. I.ii.



PU-e-ri Hebre-ó-rum * vestiménta prosterné-bant in 4416.



in vi- a : et clamá-bant di-cén-tes O-sánna Fí-li- o



Da-vid : be-ne- díctus qui ve-nit in nómi-ne Dómi-ni.



*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum.* Hoc fratres. 1122.

AS:201; 1519:189r; 1531:118r.

6747. Resp. VIII.




*Chorus prosequatur totum.*







*Clericus dicat.*

6746b.




*Repetatur responsorium* Fratres.

℣. Erue a frámea. 1074.

## ℂ *Ad sextam.*

Rylands-24:156; GS:78; AS:207; 1519:192r; 1531:118r.[41]

4415. Ant. I.ii.





obvi- a-vé-runt Dómi-no clamán- tes et di-cén-tes O-sán-



na in excélsis. *Ps.* Defécit in salutáre. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum. Philipp. ij.* (8.)

HUmiliávit semetípsum Christus pro nobis [42] factus obédiens usque ad mortem : mortem autem crucis.

℟. Atténde. *Chorus prosequatur totam responsorium.*

*Clericus.* ℣. Recordáre.

*Require hoc ℟. supra ad matutinas [in tertio nocturnorum hujus dominice.]*[43] *vij.* 1126.

℣. De ore leónis. 1096.

## ℂ *Ad ix.*

AS:207; 1519:192r; 1531:118r.[44]

Ant. VIII.i.



4117.

OMnes * col-láudant nomen tu- um et di-cunt,



Be- ne- díctus qui ve- nit in nó-mi-ne Dó-mi-ni : o-sánna



in excélsis. *Ps.* Mirabília testimónia. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum. Philipp. ij.* (9.)

DEus Pater exaltávit Christum suum : et donávit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nómine Jesu omne genu flectátur, celéstium terréstrium et infernórum. [℟. Deo grátias.][45]

AS:207; 1519:192v; 1531:118r.[46]

7566.




*Chorus prosequatur.*




*Clericus.*

7566a.





ter i-nimí-cos me-os é-ri-pe me. †Quo-ni- am.

*Repetatur* ℟. [Salvum me fac].[47]

℣. Ne perdas cum ímpiis. 1098.

## ℂ *Ad* [*ij.*] *vesperas.*

*Ant.* Sede a dextris. [311].

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

*Capitulum.* Hoc fratres. 1122.

℟. Cogitavérunt. [*vj.*] 1132.

℣. Testimónium.

*Repetatur* ℟. [*Hoc responsorium dicatur ab uno solo clerico de superiori graduu loco nec habitu mutato. Require ad matutinas in secundo nocturno hujus dominice.*][48]

*Hymnus.* Vexílla regis. 1064.

℣. Dedérunt in escam meam fel. 1066.

AS:208; 1519:192v; 1531:118r.

Ant. VIII.i.



4107.

OC-cúrrunt * turbe cum fló-ri-bus et palmis Re-demp-



tó-ri óbvi- am : et vícto-ri tri- umphánti digna dant ob-



séqui- a : Fí-li- o De- i o-re gentes pré-di-cant : et in






*Ps.* Magníficat. 69*.

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. 1123.

# ℂ *Feria ij.*

## [*Ad matutinas.*][49]

*Invitatorium.* Adorémus. 1102.
*Ps.* Veníte exultémus. 35*.
*Hymnus.* Pange lingua gloriósi. 1072.

## *Ad nocturnum.*

*Antiphone et psalmi feriales.*
℣. Erue a frámea Deus ánimam meam. 1074.

*Lectio prima. Hiere. xj.* (14-17.)

TU ergo noli oráre pro pópulo hoc, et ne assúmas pro eis laudem et oratiónem : quia non exáudiam in témpore clamóris eórum ad me, in témpore afflictiónis eórum. Quid est quod diléctus meus in domo mea fecit scélera multa ? Nunquid carnes sancte áuferent a te malícias tuas in quibus gloriáta es ? Olivam úberem pulchram, fructíferam, speciósam, vocávit Dóminus nomen tuum. Ad vocem loquéle grandis : exársit ignis in ea : et combústa sunt frutécta ejus. Et Dóminus exercítuum qui plantávit te locútus est super te malum pro malis domus Israel et domus Juda : que fecérunt sibi ad irritándum me, [118v.]
libántes Báalim. Hec dicit Dóminus.

AS:208; 1519:193r; 1531:118v.[50]

7747. 1. Resp. II.



SYna-gó-ga * popu-ló-rum circunde-dé- runt me :



et non réd-di-di retri-bu-énti-bus michi ma- la. †Con-




7747b.

*Lectio ij.* (*Hiere. xj.* (18-23.)

